



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 4. An requiratur causa ad istam commutationem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**



256. P. 3. De Jubilæo extraordinario.  
de Voto c. 8. n. 24. Portel Dub. Regular.  
v. Voti commutatio n. 43. & alii, itando  
etiam in contrariâ sententiâ, non de-  
bere Confessarios hac in re esse nimis  
serupulosos; cum æqualitas in com-  
mutatione votorum non debeat esse  
mathematica, sed moralis, ad arbi-  
trium boni viri, seclusâ fraude & gra-  
vi ignoventiâ.

Valebit etiam probabiliter com-  
mutatio, etiamsi in multò minus,  
dummodò vovens suppleat id quod  
deest ad æqualitatem materiæ subro-  
gatæ cum promissâ. Sanchez in Decal.  
l. 4. c. 51. n. 11. Diana p. 2. tr. 2.  
miscell. R. 7. Tamburin. in Decal. l. 3. c.  
16. §. 5. n. 9. &c.

Q. 4. An requiratur causa ad istam  
commutationem?

R. Non requiritur alia causa, quàm  
ea, ob quam Pontifex dictam facul-  
tatem concedit, cum onere implendi  
opera in Jubilæo præscripta, præter  
illud in quod fit mutatio. Suarez sup.  
c. 19. n. 10. Sanchez c. 50. num. 19.

Portel



S. 12. De Commutat. Votorum. 257

Portel *sup.* n. 91. Trullenck *Bull. Cruc.*  
l. 1. §. 7. c. 3. dub. 13. n. 6. Gobat n.  
299. &c.

Verum, ut observat Petrus à S. Jo-  
seph De 2. *prac. Decal. sub finem*, hoc  
in praxi non habet locum: quia pe-  
tens commutationem semper habet  
causam; & levis sufficit etiam extra  
Jubilæum.

Q. 5. Ubi, quando, & quoties fieri pos-  
sit ista commutatio?

R. 1. Potest fieri etiam extra con-  
fessionem, adeoque etiam ab eo, cui  
non cogitas confiteri: & quidem, li-  
cèt in Bullâ haberetur, *auditis eorum*:  
*confessionibus*: illa enim clausula affi-  
ceret tantum absolutionem à reserva-  
tis, non autem absolutionem à censu-  
ris, & commutationem votorum.  
Henriquez l. 7. c. 30. n. 6. Sanchez *sup.*  
c. 54. n. 16. Suarez, Layman, & alii,  
quos sequitur Bonacina *sup.* n. 16.  
Diana pluribus locis, Gobat num.  
293.

Unde potest etiam fieri cum ab-  
sente.